

§. 37. v. XLIV. וְשָׁמְעוֹת יִבְהַלְהוּ מִמְּזֶרַח וּמִצְפוֹן
 Et quamvis nuncij eum cōturbaturi sint ab ortu & septentrione : egredietur
 tamen magno cum furore ad perdendum & internecioni devoven-
 dum quamplurimos. Rumorem hunc Thomas Brightmannus
 vult esse famam de conversione Judæorum ad Christianam fidem.
 quod merum somnium est. cum in contextu eâ de re nec vola
 extet, nec vestigium, uti supra aliquot thesibus evicimus. Gra-
 ferus hic πρὸς εὐσεβῶν agnoscit historicum, & Daniele potio-
 rem rerū quàm temporis habuisse rationē largitur. Ita v. per terre-
 factum novimus Turcorum Imperium A. 1403. à Timuri Chaân, Exerc. 9. p.
 qui vulgò, sed malè, Tamerlanus vocatur, cujus res gestæ à Ja-407.
 cobo Golio Professore Arabe Leidensi editæ, & ab Abmede filio
 Arabiæ conscriptæ, nec non à Leunclavio recensitæ abundè il-^{l.} 7.
 lud confirmant. tanto enim cum furore terras Turcorum im-
 petiit, ut pleraque pars hominum famâ adventus sui per terri-
 ta aufugeret, & in Europam migraret. Is verò devictum Re-
 gem Bajazetem caveæ ferreæ inclusum quasi in teatro con-
 spiciendum exposuit spectatoribus; Reges Asiæ à Gilderune
 pridem sedibus avitis ejectos in pristinum statum restituit, ac
 regiones Osmanidarum inter Tartaros distribuit, Imperiò po-
 titus Annos XL. Et hoc, quemadmodum & à Persis, auctore
 Petro Teixeira, ab Ortū per pelli fuere. à Moscovitis verò Hunga-^{histor. Per-}
 ris ac Polonis à Septentrione. quod illorum produnt monumen-^{lica Hispa-}
 ta. Nihilominus Turcæ, recuperatis ab Otmannica familia pa-^{nicè con-}
 triis regionibus, non tam majori apparatu quàm successu bel-^{scripta.}
 lico arma gesserunt. usque dum Constantinopolis A. 1453. inter
 Pontum Euxinum & mare Ægeum sita ab iis fuit expugnata,
 quâ devictâ tota Europa contremuit. quo de historici utramque
 implent paginam.

§. 38. v. XLV. וַיֵּטַע אֱתֵי אֶפְרָיִם בֵּן יִצְחָק
 לְהַר צְבִי-קָרֵשׁ וּבָנָה עַד-קִצּוֹ יַמִּין עֹזֶר לּוֹ:
 Itaq; tentoria palatij sui eriget inter maria ad montem sanctum &
 inclutum. sed postquam venerit ad terminum divinitus sibi presti-
 tutum, auxilium eum deficiet. nugatoriè à Thoma Bright-
 man-